

028104

# WIADOMOŚCI ARCHIDIECEZJALNE WARSZAWSKIE

Miesięcznik Duchowieństwa Archidiecezji Warszawskiej.

Cena pojedynczego zeszytu 2 zł. gr.  
Prenumerata roczna 20 zł.

Ogłoszenia w stosunku 75 zł.  
za stronicę.

Redaktor i Wydawca: Ks. dr. Remigjusz Dąbrowski.

Adres Redakcji: **WARSZAWA, MIODOWA 17.**

W sprawach prenumeraty i innych  
administracyjnych adres:  
Kurja Metropolitalna Miodowa 17.

Zeszyty zamienne i egzemplarze re-  
cenzyjne należy nadsyłać pod adre-  
sem Redaktora: Miodowa 17.

## TREŚĆ ZESZYTU Nr. 7.

### DZIAŁ URZĘDOWY.

#### *Rozporządzenia Stolicy Apostolskiej.*

Treść: „Acta Apostolicae Sedis“ nr. 5. str. 195. De sensuali et sensuali—mystico litterarum genere. Str. 195. Instructio circa missas in oratione XL horarum celebrandas. Str. 198.

Treść: „Acta Apostolicae Sedis“ nr. 6, str. 199. Sacra Congregatio de Seminariis. Str. 200. Dilecto Filio Nostro Cardinali Kakowski. Str. 202.

#### *Rozporządzenia prawno-państwowe.*

Pożyczki na odbudowę kościołów. Str. 205. Komunkat o osobach prawnych kościelnych i zakonnych. Str. 204. Ministerstwo Skarbu w sprawie opłat stemplowych od wyciągów. Str. 212. Rozporządzenie w sprawie nadawania nazwisk dzieciom nieznanym rodziców. Str. 213.

### DZIAŁ NIEURZĘDOWY.

Domy parafjalne, ich potrzeba i sposób budowania. Str. 213. Co może przyczynić się do usunięcia proletariatu wśród duchowieństwa. Str. 217.

Kronika. Str. 220.

Biblijografia. Str. 231.

Ofiary. Str. 233.



NAGRODZONA WIELKIM MEDALEM ZŁOTYM NA WYSTAWIE  
PRACY KOBIET W WARSZAWIE

**Pracownia Ubiorów i Haftów Kościelnych**

**E. OSTROMEŃCKIEJ,**

**Krakowskie Przedmieście 61, m. 3.**

Przyjmuje zamówienia na **kapy, ornaty, chorągwie,**  
**baldachimy,** i t. p. Wybór gotowych aparatów.

Ceny bardzo przystępne.

028101

# Wiadomości

## Archidiecezjalne Warszawskie

Miesięcznik Duchowieństwa Archidiecezji Warszawskiej

Cena pojedynczego zeszytu 2 zł.  
prenumerata roczna 20 zł.

Ogłoszenia w stosunku 75 zł.  
za stronicę.

Rękopisów, przysłanych do druku, Redakcja nie zwraca.

Adres Redakcji: **Warszawa, Miodowa 17.**

W sprawach prenumeraty i innych  
administracyjnych adres:  
**Kurja Matropolitalna, Miodowa 17.**

Zeszyty zamienne i egzemplarze re-  
cenzyjne należy nadsyłać pod adre-  
sem Redaktora: **Miodowa 17.**

### DZIAŁ URZĘDOWY.

## Rozporządzenia Stolicy Apostolskiej.

Treść: „Acta Apostolicae Sedis“ nr. 5.

**Acta Pii PP. XI:** Constitutiones Apostolicae.—Litterae Apostolicae.—  
Epistolae.—Declaratio.

**Acta SS. Congregationum:** S. C. S. Officii: Instructio de sensuali literarum genere.—S. C. Consistorialis: I. Rheginen.-Nicotrien.-Oppiden. Dismembrations, II. Provisio Ecclesiarum. — S. C. de Propaganda Fide: I. Provisio Ecclesiae. II. Nominations. III. Approbationes.—S. C. Rituum: Romana. De Missis in oratione XL horarum.—S. C. de Seminariis: Declaratio de cursu philosophico laeurae in S. Theologia et in iure canonico praemittendo.

**Acta Tribunalium:** S. R. Rota: Citationes edictales. I. S. Merici (Laderchi-Molino). II. Romana (Nunciante-Frewen).

**Diarium Romanae Curiae:** S. C. dei Riti: Congregationi Generale e Antipreparatoria.—Segreteria di Stato: Nomine, onorificence Magiordomato: Nomine—Necrologio

AD ARCEPISCOPOS, EPISCOPOS CETEROSQUE LOCORUM  
SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII  
INSTRUCTIO

ORDINARIOS: DE SENSUALI ET DE SENSUALI-MYSTICO LITTE-  
RARUM GENERE.

Inter mala huius aetatis funestissima, quae doctrinam christianam de moribus penitus subvertunt atque animabus, Iesu Christi emptis pretioso Sanguine, admodum nocent, imprimis nume-

randa sunt ea litterarum genera quae sensualitati et libidini aut etiam lascivo cuidam mysticismo indulgent. Huiusmodi sunt praecipue fabulae romanenses, narratiunculae commenticiae, dramata, comoediae, quarum quidem scriptionum incredibiliter fecunda sunt haec tempora quotidieque maior ubique copia diffunditur.

Quae ingeniorum commenta quibus tam multi, maximeque iuvenes, tantopere capiuntur, si pudoris et honestatis finibus, non sane angustis, continerentur, non solum sine fraude delectare, sed etiam ad legentium mores conformandos prodesse possent.

Nunc vero satis dolere non licet, ut dictum est, ex hac affluentia librorum in quibus magna cum fascinatione nugacitatis par inest turpitude, gravissimam animarum iacturam existere. Etenim quam plures huius generis scriptores fulgentissimis imaginibus impudica facta depingunt; obscenissima quaeque, modo tecte, modo aperte et procaciter, omni castimoniae lege neglecta, enarrant; subtili quadam analysi vitia carnalia vel pessima describunt eaque cunctis orationis luminibus et lenociniis exornat, adeo ut nihil iam in moribus inviolatum relinquatur. Id omne quam perniciosum sit, praesertim adolescentibus, quibus fervor aetatis difficiliorem efficit continentiam, nemo est qui non videat. Volumina autem illa, tenuia saepe, parvo venalia prostant apud bibliopolas, per vias et plateas civitatum, in stationibus, quae dicuntur, viae ferreae, eademque in manus omnium mira rapiditate veniunt et familias christianas in magna et luctuosa frequenter discrimina adducunt. Nam quis ignorat litteris eius modi phantasiam fortiter excitari, effrenatam libidinem vehementer accendi et cor in coenum turpitudinum trahi?

Ceteris vero fabulis amatoriis multo peiores solent ab iis proferri qui, horribile dictu, pabulum morbosae sensualitatis rebus sacris cohonestare non verentur, amoribus impudicis quamdam pietatem in Deum et religiosum mysticismum, falsissimum quidem, intexendo: quasi Fides cum rectae vivendi normae negligentia, imo impudentissima infitiatione, componatur et virtus religionis cum morum depravatione consocietur. Contra, sanctum est vitam aeternam neminem consequi posse, qui, licet veritates divinitus revelatas vel firmissime credat, praecepta tamen a Deo data non custodit, cum christiani hominis ne ipsum quidem mereatur nomen quicumque fidem Christi professus, Christi vestigiis non ingreditur: „Fides sine operibus mortua est“ (Jac., 2, 26) monuitque Salvator noster: „Non omnis qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnum caelorum, sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in caelis est, ipse intrabit in regnum caelorum“ (Matt., 7, 21).

Ne quis vero illa opponat; in pluribus illorum librorum nitorem et ornamenta orationis vere laudanda inesse, psychologiam hodiernis inventis congruentem praeclare doceri, lascivas autem corporis voluptates eo reprobari quo exprimentur, ut sunt, foedissimae, aut quod interdum cum conscientiae angoribus coniunctae

ostendantur, vel quod patefiat quam saepe extrema turpissimi gaudii luctus cuiusdam poenitentiae occupet. Nam neque scribendi elegantia, nec medicinae aut philosophiae scientia — si modo his litterarum generibus ea continentur — nec mens, quaevis ea sit, auctorum impedire unquam possunt quominus lectores, quorum generatim, propter naturae corruptionem, magna est fragilitas magnaque ad luxuriam propensio, paginarum illecebris sensim irretiti, et mentibus perventantur et cordibus depraventur, ac, remissis habenis cupiditatum, ad scelera omnis generis delabantur, vitamque ipsam, sordibus oppletam, fascidentes, haud raro se ipsi interimant.

Ceterum quod mundus, qui sua quaerit usque ad contemptum Dei, his libris delectetur, eosdemque divulget, mirandum non est; sed maxime dolendum, scriptoribus qui christiano nomine se iactant, operam studiumque in tam exitiosas litteras conferri. Numquid fieri potest ut principiis ethicae evangelicae adversando, adhaereatur Iesu benedicto, qui omnibus, ut carnem cum vitis et concupiscentiis suis crucifigant, praecepit? „Si quis vult — inquit — post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me“ (Matt., 16, 24).

Atque eo quidem audaciae et impudentiae scriptores processisse non paucos videmus, ut ea ipsa vitia suis libris in vulgus spargant, quae Apostolus vel nominari a christifidelibus vetuit: „Fornicatio autem, et omnis immunditia... nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos“ (Eph., 5. 3). Discant isti tandem aliquando se duobus dominis servire non posse, Deo et libidini, religioni et impudicitiae. „Qui non est mecum — ait Dominus Iesus — contra me est“ (Matt., 12, 30), ac certe cum Iesu Christo non sunt scriptores sordidis descriptionibus bonos depravantes mores, qui societatis civilis ac domesticae sunt verissima fundamenta.

Itaque perspecta litterarum lascivarum colluvie, quae quoquo anno latius omnes fere nationes inundat, Sacra haec Suprema Sancti Officii fidei in moribus tuendis praeposita Congregatio, Apostolica auctoritate ac nomine SSmi Domini Nostri Pii Divina Prov. Papae XI, omnibus locorum Ordinariis mandat, ut omni qua possunt ope tanto tamque praesenti malo mederi conentur.

Profecto ipsorum est, qui a Spiritu Sancto positi sunt regere Ecclesiam Dei, in omnia, quae in suis dioecesibus typis imprimantur et edantur, solerter diligenterque invigilare. Neminem autem illud effugit, libros, qui toto orbe hodie vulgantur, longe crebriores esse quam qui a Sede Apostolica examini possint subiici. Propterea Pius X s. r. Motu-proprio „*Sacrorum Antistitum*“ haec edixit: „Quicumque in vestra uniuscuiusque dioecesi prostant libri ad legendum perniciosi, ii ut exsulent fortiter contendite, solemni etiam interdictione usi. Etsi enim Apostolica Sedes ad huiusmodi scripta e medio tollenda omnem operam impendat, adeo tamen iam numero crevere, ut vix notandis omnibus pares sint vires. Ex quo fit,

ut serior quandoque paretur medicina, quum per longiores moras malum invaluit“.

Nec vero talium voluminum et opusculorum pleraque, quamquam perniciosissima, speciali Supremae huius Congregationis censura plecti valent. Quare Ordinarii ex canone 1397 § 4 C. I. C. per se aut per Consilia *a vigilantia*, quae quidem Summus idem Pontifex, litteris encyclicis „*Pascendi dominici gregis*“ instituit, sedulo naviterque gravissimum istud munus explere studeant; neque opportune denunciare in dioecesanis Commentariis praeremittant eosdem libros uti damnatos et quam maxime noxios.

Praeterea quis ignorat Ecclesiam generali lege iam statuuisse, ut libri pravitate infecti, qui morum integritatem data opera vel ex professo laederent, vetiti haberentur omnes, perinde ac si in *Indicem* librorum prohibitorum relati essent? Consequitur inde ut peccatum letale ab iis admittatur qui sine permissione debita librum non dubie salacem legant, etiamsi ab auctoritate ecclesiastica non sit nominatim damnatus. Et quia de hac re, maximi quidem momenti, falsae et exitiosae opiniones obtinent inter christifideles, ideo locorum Ordinarii pastoralibus admonitionibus curent, ut imprimis parochi eorumque adiutores animum in id intendant, et fideles opportune edoceant.

Insuper omnibus declarare qui libri nominatim, pro singulorum dioecesium necessitatibus, ipso iure prohibiti sint Ordinarii ne omittant. Quod si fideles a volumine quopiam arcere efficacius celeriusque se posse existiment si peculiari decreto illud improbent, hoc suo iure omnino utantur oportet sicut gravioribus causis postulantis, id ipsum consuevit S. Sedes, ad praescriptum canonis 1395 § 1 C. I. C.: „Ius et officium librorum ex iusta causa prohibendi competit non solum supremae auctoritati ecclesiasticae pro universa Ecclesia, sed pro suis subditis Conciliis quoque particularibus et locorum Ordinariis“.

Denique haec Suprema Sacra Congregatio omnes Archiepiscopos, Episcopos et reliquos locorum ordinarios iubet, occasione relationis dioecesanae, quicquid contra libros lascivos stauerint et executi sint, Sancto Officio manifestare.

Ex aedibus Sancti Officii, die 3 Maii 1927.

L. S.

R. Card. MERRY DEL VAL, *a Secretis*.

#### INSTRUCTIO CIRCA MISSAS IN ORATIONE XL HORARUM CELEBRANDAS.

Ut ea, quae in Clementina Instructione atque in Decretis huius Sacrae Rituum Congregationis iam praescripta fuerant circa Missas tempore Orationis XL Horarum celebrandas, novis Missalis Romani Rubricis omnino respondeant, eadem Sacra Rituum Con-

gregatio, audito specialis Commissionis suffragio, haec declaranda censuit, nimirum.

I. Missa votiva solemnis de Ssmo Sacramento vel pro Pace permittitur iisdem diebus, quibus Missa votiva solemnis pro re gravi et publica simul causa celebrari potest, iuxta novas Missalis Romani Rubricas, tit. II, n. 3. Diebus autem quibus huiusmodi Missa impediatur, in Missa solemnii diei currentis sub unica conclusione cum prima Oratione addatur Commemoratio de Missa votiva impedita; sed Oratio de Ssmo Sacramento, ob identitatem Mysterii, omittatur in Festis Passionis, Crucis, Ssmi Redemptoris, Sacratissimi Cordis Iesu et Pretiosissimi Sanguinis, iuxta Decretum n. 3924 ad IV, diei 3 Iulii 1896.

II. In eadem Missa votiva solemnii de Ssmo Sacramento vel pro Pace, necnon in Missa solemnii quae illius Missae votivae impeditae locum tenet, fiant tantummodo Commemorationes quae praescribuntur in Missa votiva solemnii pro re gravi et publica simul causa, iuxta novas Missalis Romani Rubricas, tit. II, n. 3, et tit. V, nn. 3 et 4.

III. In Missa votiva solemnii pro Pace et in Missis privatis quae triduo expositionis celebrantur, addatur Collecta de Ssmo Sacramento, etiam occurrentibus Festis solemnioribus universalis Ecclesiae, numquam autem sub unica conclusione cum Oratione Missae, sed post Orationes a Rubricis praescriptas; haec tamen Collecta omittatur, si Missa vel Commemoratio in Missa occurrens sit de identico Domini Mysterio, et in Missis quae in Commemoratione omnium fidelium defunctorum celebrentur.

IV. In Missa votiva solemnii pro Pace, etiamsi extra Domini cam celebretur, Symbolum addatur, iuxta novas Missalis Romani Rubricas, tit. VII, n. 3 et Decretum n. 3922, tit. II, § 3, diei 30 iunii 1896.

Facta autem Sanctissimo Domino nostro Pio Papae XI, per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Praefectum, relatione, Sanctitas Sua praefatam Instructionem circa Missas in Oratione XL Horarum celebrandas approbavit, eamque adhibendam decrevit, contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 27 Aprilis 1927.

† A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,  
S. R. C. Praefectus.

L. † S.

Angelus Mariani, *Secretarius*.

Treść: „Acta Apostolicae Sedis“ Nr. 6.

ACTA PII PP. XI: **Constitutiones Apostolicae. Epistolae:** I. Ad Emum P. D. Alexium, titulo S. M. de Victoria S. R. C. Presb. Card. Charost, Archiep. Rhadonensem, quem legatum mittit ad solemnia Athenaei Insulensis, II. Ad Emum P. D. Petrum titulo Ss. XII Apostolorum, S. R. E.

Presb. Card. La Fontaine, Patriarcham Venetiarum, quem mittit legatum Anconem ad V Congressum Eucharisticum e tota regione Picena.

**Acta SS. Congregationum:** S. C. Consistorialis: I. Augustodunensis. Erectionis Dignitatis. II. Monacen et Ratisbonen, De finium diocesum immutatone. III. Provisio Ecclesiarum.

**S. C. Rituum.** I. Decretum super virtutibus in causa beatificationis et canonizationis Ven. Servi Dei Ioannis Baptistae Trona, Sacerdotis Congregationis Oratorii S. Philippi Nerii civitatis Montis Regalis.

II. Decretum confirmationis cultus ab immemorabili tempore praestiti Servo Dei Lucae Belludi socio S. Antonii, Beato nuncupato.

### **Sacra Congregatio de Seminariis et de Studiorum Universitatibus** **Prot. Num. 443 — 26.**

**Illme et Revme Domine.**

Ad regnum Iesu Christi, Servatoris nostri, in terris instaurandum, nulla res plus confert, ex ipso divino constituto, quam eximia Sacerdotalis Ordinis sanctitas et doctrina. „Causae profecto graves, et omnium aetatum communes, decora virtutum multa et magna in Sacerdotibus postulant: verumtamen nostra haec aetas plura quoque et maiora admodum flagitat“ (Leo XIII, Enc. Etsi nos, 15 febr. 1882).

Cum autem idonei Altaris ministri et studiosi animarum curatores nequeat evadere nisi qui, in sacris Seminariorum septis adolescentibus, ad omnem virtutis et scientiae decorum rite instituantur, Sancta Sedes Apostolica sapientissimas edidit leges de huiusmodi Institutis, quorum eum statu ipsa Ecclesiae fortuna coniungitur maxime.

Nos quidem omnia quae de hac re statuta sunt, ab omnibus, quorum interest, religiose servari confidimus; sed unum est maximi momenti et ponderis, idque **spectat ad rationem seu methodum christianae doctrinae tradendae.**

Canone 1365, § 3, Iuris Canonici praescribitur ut in Cursu theologico, qui saltem integro quadriennio debet contineri, „habeantur etiam lectiones de Theologia pastoralis, additis practicis exercitationibus praesertim de ratione tradendi pueris aliisque Catechismum“.

Quam congruenter quamque necessario haec praecipiantur, facile intelligit quisquis animadvertit officium docendi christianum plebem, quo tenentur sacerdotes omnes, praesertim curiones, omnium officiorum primum esse et maximum: ex eius enim observatione aut neglectu salus vel ruina animarum magna ex parte pendet. Apertum notumque est gravissimum Benedicti XIV, sapientissimi Pontificis effatum: **Illud affirmamus magnam eorum portem, qui aeternis suppliciis damnatur, eam calamitatem perpetuo subire ob**



**ignorantiam mysteryorum fidei, quae scire et credere necessario debent, ut inter electos cooptentur**“ (Inst. XXVI, 18).

Hinc, ex Iuris Canonici praescripto, debet parochus, ut gravissimum impleant officium suum de catechetica populi christiani institutione, pueros ad sacramenta Peonitentiae, Confirmationis et Eucharistiae rite suscipienda praeparare, eosque, postquam primum Sancta de altari libaverint, uberius ac perfectius excolere item fidelibus adultis catechismum, sermone ad eorum captum accommodato, explicare. (Can. 1329 - 32).

Huiusmodi autem officio ceteros Praesbyteros, atque etiam clericos, teneri, constat ex sequenti: „Praesbyteri aliqui clerici, nullo legitimo impedimento detenti proprio parochi in hoc sanctissimo opere audiutores sunt, etiam sub poenis ab Ordinario infligendis“. (Can. 1333, § 2).

At, cum rudium praesertim et imperitorum institutorum de rebus altissimis, sermone ad eorum captum accommodato, res sit perdifficilis atque ac pernecessaria, ideo ad tantum opus diuturna ac prorsus diligens adhibenda est praeparatio. Haec fieri debet in Sacris Seminariis: ad hoc enim sunt ipsa constituta. Ut autem minus docendi christianum populum rite et fructose quis obeat, non sufficit praeparatio doctrinalis, quae in veritatem tradendarum cognitione versatur quaeque fit per studium Sacrae Theologiae, praesertim dogmaticae, sed requiritur etiam illa quae dicitur didascalica, ad modum pertinens quo veritates tradi debent, eaque fit tum per congrua praecepta tum per practicas exercitationes.

Ad rem Summus Pontifex Pius X in memorabili Encyclica **Acerbo nimis** (15 apr. 1905): „Facilius longe est reperire oratorem, qui copiose dicat ac splendide, quam catechistam, qui praeceptionem habeat ex omni parte laudabilem. Quamcumque igitur facilitatem cogitandi et loquendi quis a natura sit nactus, hoc probe teneat, nunquam se de christiana doctrina ad pueros vel ad populum cum animi fructu esse dicturum, nisi multa commentatione paratum atque expeditum. Falluntur sane qui plebis imperitia ac tarditate fisi, hac in re negligentius agere se posse autumant. E contrario, quo quis rudiores nactus sit auditores, eo maiore studio ac diligentia utatur oportet, ut sublimissimas veritates, adeo a vulgari intelligentia remotas, ad obtusiorum imperitorum aciem accomodet, quibus aequae ac sapientibus, ad aeternam beatitudinem adipiscendam sunt necessariae“.

Quae cum ita sint, Amplitudinem Tuam enixe rogamus ut hoc iuris Canonici praeceptum vehementer urgeas operamque des ut in Seminario tuo impense excolatur disciplina catechetica; quam ob rem magister Theologiae pastoralis praelectiones de ratione doctrinae christianae tradendae frequentes habeat, et clerici ipsi ad tantum opus sese practice exercent, sive in seminario, sive in Ecclesiis, prout prudentia suaserit.

Haec sunt, Amplissime Praesul, quae ad Te, sicut et ad ceteros Sacrorum Antistites, habuimus hac de re scribere. Placet litteras nostras absolvere verbis, quibus Summus Pontifex Leo XIII Episcopos Peruviae simili in causa hortabatur: „Haec si praestabitis et Clerus florebit honore suo, et Ecclesiae laus manebit, que semper optimorum studiorum faulrix et alrix est habita vereque habenda est. Vobis preterea idonei homines praesto erunt, qui, vocati in partem ministerii vestri, magno vobis erudiendis populis pietatique fovendae usui futuri sint et adiumento“. (Breve *Inter graves*, 1 maii 1894).

Interim Deum, benignum bonorum omnium Largitorem, humiliter adprecamur ut Te cunctosque fideles, pastorali sollicitudini tuae concreditos, uberrimis caelestis gratiae auxiliis munerari dignetur.

Romae, ex Secretaria S. Congregationis Seminariis et Studiorum Universitatibus praepositae, die 8 septembris an. 1926.

Amplitudini Tuae

addictissimus in Domino

Caietanus Card. Bisleti, Praefectus.

† Jacobus Sinibaldi, Episc. Tiberien., Secretarius.

### **Dilecto Filio Nostro**

Alexandro Tit. S. Augustini

S. R. E. Presbytero Cardinali Kakowski

Archiepiscopo Varsaviensi

ceterisque Veneralibus Fratribus

Archiepiscopis et Episcopis Poloniae

PIUS PP. XI.

Dilecte Fili Noster et Venerabiles Fratres,  
salutem et apostolicam benedictionem.

Quamquam de conditione rerum in quibus Ecclesia apud vos versatur saepe certiores Nos facere consuevistis gratissimae tamen Nobis eae litterae fuerunt quas e Varsaviensi conventu conjunctim dedistis; ut enim dioecesium vestrarum bono in hac difficultate temporum consuleretis, opportune pollicebamini actionem catholicam, quem vocant, ad Apostolicae hujus Sedis praescripta non semel edita, studiose vos provecturos esse. Nemo non videt quam immensus pateat laboris campus, ubi non solum clerum sed etiam electi de populo viri sollertiam suam modis omnibus exercere queant. Nec minus jucunda Nobis ea fuit grati animi significatio quam praebere voluistis quia egregium iustum Apostolicae Sedis Nuntium in amplissimum S. R. E. Cardinalium Collegium cooptavimus; eo magis quod recte vos peculiare quodquam benevolentiae Nostrae signum erga istam Rempublicam in hoc agnovistis. Quod ad vexationem pertinet Mexicanae gentis, non miramur equidem si dolorem inde tam im-

pensum, ut scribitis, poloni persentiant; utque pias preces pro fratribus perseverunt enixe rogamus. Ceterum diligenter quidem perpendimus quae vos, collatis consillis, Nobis proposuistis; de eaque re oportunas normas per Apostolicum Nuntium Nostrum afferendas vobis jam curavimus. Atque Dei auxilia vobis praecati ut quae prudenter statuistis in effectum deducatis, coelestium auspiciis munerum itemque paternae voluntatis Nostrae testem, vobis, dilecte Fili Noster et Venerabiles Fratres, singulisque dioecesibus unicuique vestrum conceditis Apostolicam Benedictionem effuso animo imperitimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die X mensis Junii anno MCMXXVII, Pontificatus Nostri sexto.

Pius PP. XI.

---

## Rozporządzenia prawno-państwowe.

---

### POŻYCZKI NA ODBUDOWĘ KOŚCIOŁÓW.

Wobec wejścia w życie konkordatu, zawartego ze Stolicą Apostolską, ogłoszonego w Nr. 72 Dziennika Ustaw z 1925 r., którego art. XVI przyznaje polskim osobom prawnym kościelnym i zakonnym, zgodnie z przepisami prawa powszechnego, prawo nabywania, odstępowania, posiadania i administrowania według prawa kanonicznego, majątku ruchomego i nieruchomego, uchylilo reskryptem z dnia 6 grudnia 1926 r. Nr. 3233/od. Ministerstwo Robót Publicznych okólniki swe z dn. 12 października 1925 r. Nr. 3214-Od i z dn. 10 września 1925 r. Nr. 2288-Od. tudzież pismo okólne Państwowego Banku Rolnego z dnia 10 lutego 1925 r. Nr. dz. 5528, o ile dotyczą legitymacji do zaciągania pożyczek na odbudowę kościołów katolickich, zarządzając co następuje:

Odtąd pożyczki na odbudowę kościołów mogą być przyznawane i wypłacane osobom prawnym, kościelnym i zakonnym z następującymi zastrzeżeniami:

- 1) dla osób prawnych djecezjalnych — za zgodą Ordynariusza, lub osoby przez niego delegowanej;
- 2) dla osób prawnych zakonnych — za zgodą właściwego prowadzącego, lub osoby przez niego delegowanej.

Jeżeli jednak chodzi o pożyczki, przynoszące trzydzieści tys. lirów względnie franków, na zaciągnięcie pożyczki, wymagane jest nadto zezwolenie Stolicy Apostolskiej. Przez wymienioną wyżej walutę należy rozumieć złotą jednostkę monetarną unji łacińskiej (złoty frank), którego relacja do waluty polskiej określona jest kursem urzędowym.

Zatwierdzenie skryptu dłużnego przez świecką władzę administracyjną jest zbędne.

Wykaz osób prawnych, kościelnych i zakonnych, zamieszczony jest w komunikacie Ministerstwa Sprawiedliwości (Dziennik Urzędowy Ministerstwa Sprawiedliwości Nr. 10 z dn. 15 maja 1926 r.).

### KOMUNIKAT

**w sprawie przepisów prawa kościelnego o osobach prawnych, kościelnych i zakonnych, umieszczony w Dzienniku Ministerstwa Sprawiedliwości.**

Ze względu na postanowienie Konkordatu z 10 lutego 1925 r. (Dz. U. R. P. Nr. 72, poz. 501) o prawie własności osób prawnych kościelnych i zakonnych Biuro Episkopatu Polskiego w Warszawie z dnia 29 kwietnia 1926 r. Ur. 439/26 zakomunikowało Ministerstwu Sprawiedliwości, że Zjazd Biskupów Polskich na konferencji w dniach 2 do 5 marca 1926 r. podzielił zapatrywania swego referatu, iż do zawierania aktów prawnych, dotyczących majątku kościelnego są uprawnieni: 1) dla całej diecezji Ordynariusz lub osoba, przez niego upoważniona, 2) dla zakonników Prowincjał lub osoba, przez niego delegowana.

Biuro Episkopatu Polskiego nadesłało jednocześnie następujący wy ciąg z prawa kanonicznego o osobach prawnych kościelnych i zakonnych:

### OSOBY PRAWNE MORALNE.

#### 1. Zasady.

Can. 99. In Ecclesia, praeter personas, sunt etiam personae morales, publica auctoritate constitutae, jure distinguuntur in personas morales collegiales et non collegiales, ut ecclesiae, Seminaria, beneficia etc.

Kan. 99. W kościele oprócz osób fizycznych są także osoby moralne, utworzone przez władzę kompetentną (publiczną), które dzielą się na osoby moralne kolegialne i niekolegialne, jak kościoły, seminarja, beneficje i t. d.

Can. 100. § 1. Catholica Ecclesia et Apostolica Sedes moralis personae rationem habent ex ipsa ordinatione divina; ceterae inferiores personae morales in Ecclesia eam sortiuntur sive ex speciali competentis Superioris ecclesiastici concessione data per formale decretum ad finem religiosum vel caritativum.

Can. 100. § 1. Kościół Katolicki i Stolica Apostolska są osobami moralnymi z samego ustanowienia Bożego; inne niższe osoby moralne w Kościele są niemi albo z prawa kościelnego, albo też ze specjalnego nadania, które zwierzchnik udziela przez formalny dekret dla celu religijnego lub miłosierznego.

Can. 102. § 1. Persona moralis, natura sua, perpetua est; extinguitur

tamen si a legitima auctoritate suprimatur, vel si per centum annorum spatium esse desierit.

Kan. 102. § 1. Osoba moralna z natury swej jest wieczysta; przestaje jednak istnieć, gdy prawowita władza ją zniesie, albo gdy przez ciąg 100 lat nie istniała.

Can. 1489. § 1. *Hospitalia, orphanotrophia aliaque similia instituta ad opera religionis vel caritatis destinata, possunt ab Ordinario loci erigi et per eius decretum persona iuridica in Ecclesia constitui.*

Kan. 1489. § 1. Szpitale, ochrony dla sierot i inne podobne instytucje przeznaczone dla dzieł religij lub miłosierdzia czy co do ciała, czy też co do duszy, mogą być przez Ordynariusza miejscowego erygowane i jako osoba prawna w kościele przez jego dekret ustanowione.

## 2. Osoby moralne, wskazane wyraźnie w Kodeksie Prawa Kanonicznego.

Z ustanowienia Bożego: Kościół katolicki i Stolica Apostolska.

Can. 100. § 1. *Catholica Ecclesia et Apostolica Sedes moralis personae rationem habent ex ipsa ordinatione divina; ceterae inferiores personae morales in Ecclesia eam sortiuntur sive ex ipso iuris praescripto sive ex speciali competentis Superioris ecclesiastici concessionem data per formale decretum ad finem religiosum vel caritativum.*

Kan. 100. § 1. Kościół katolicki i Stolica Apostolska są osobami moralnymi z samego ustanowienia Bożego; inne niższe osoby moralne w Kościele są niemi albo z prawa kościelnego, albo też ze specjalnego nadania które zwierzchnik udziela przez formalny dekret dla celu religijnego lub miłosiernego.

## Z PRAWA KOŚCIELNEGO.

### a) Kolegjalne:

Zakon, Prowincje, Zgromadzenie Zakonne:

Can. 1557. § 1. *Tribunalibus vero Sedis Apostolicae reservatur iudicare:... 2 o Dioeceses aliaque personas morales ecclesiasticas quae Superiorum iura. Romanum Pontificem non habent, uti religiones exemptas, Congregationes monasticas, etc.*

Kan. 1557. § 2. Trybunałom zaś Stolicy świętej rezerwuje się (prawo) sądzenia:... 2-o Diecezji i innych osób moralnych kościelnych, które zwierzchnika (innego) poza Ojcem świętym nie mają, jak zakony wyjęte, Kongregacje zakonne i t. d.

Can. 538. § 1. *Si persona moralis (sive religio, sive provincia, sive domus) debita et obligationes contraxerit etiam cum Superiorum licentia, ipsa tenetur de eisdem respondere.*

Kan. 536. § 1. Jeśli osoba moralna (czy to zakon, czy prowincja, czy też dom) zaciągnęła pożyczki i zobowiązania, choćby za zgodą Zwierzchników, obowiązana jest sama za nie odpowiadać.

**b) Niekolegjalne.**

## Diecezje:

Can. 1557. § 2. Tribunalibus vero Sedis Apostolicae reservatur iudicare:.. 2-o Dioeceses aliasve personas morales ecclesiasticas quae Superiorem infra Romanum Pontificem non habent, uti religiones exemptas, Congregationes monasticas etc.

Kan. 1557. § 2. Trybunałom zaś Stolicy świętej rezerwuje się (prawo) sądzenia:.. 2-o Diecezji i innych osób moralnych kościelnych, które zwierzchnika (innego) poza Ojcem świętym nie mają, jak zakony wyjęte, Kongregacje zakonne i t. d.

## Wikariusz Apostolski.

Can. 294. § 1. Vicarii et Praefecti Apostolici iisdem iuribus et facultatibus, in suo territorio gaudent, quae in propriis Dioecesibus competunt Episcopis residentialibus, nisi quid Apostolica Sedes reservaverit.

Kan. 294. § 1. Wikariusz i Prefekci Apostolscy na swoim terytorjum korzystają z tych samych praw i upoważnień, jakie przysługują we własnych diecezjach Biskupom rezydującym, jeśli Stolica święta nie sobie zastrzegła.

Can. 1423. § 2. Nequeunt (Ordinarii) vero paroeciam unire cum mensa capitulari vel episcopali, cum monasteriis, ecclesiis religiosorum aut alia persona morali, neque cum dignitatibus et beneficiis ecclesiae cathedralis vel collegiatae;...

Kan. 1423. § 2. Nie mogą zaś (Ordynariusze) łączyć parafji z mensą kapitulną czy biskupią, z klasztorami, z kościołami zakonnemi, albo inną osobą moralną, tudzież z prełaturami i beneficjami katedralnemi lub kolegiackimi:...

## Seminarjum.

Can. 99. In Ecclesia, praeter personas physicas, sunt etiam personae morales, publica auctoritate constitutae, quae distinguuntur in personas morales collegiales et non collegiales, ut ecclesiae, seminarja, beneficia, etc.

Kan. 99. W Kościele oprócz osób fizycznych są także osoby moralne utworzone przez władzę kompetentną (publiczną), które dzielą się na osoby moralne kolegjalne i niekolegjalne, jak kościoły, seminarja, beneficja i t. d.

**Kościół kapitulny.**

Can. 471. § 1. Si paroecia pleno iure fuerit unita domui religiosae, ecclesiae capitulari vel alii personae morali, debet constitui vicarius, qui actualement curam gerat animarum, assignata eidem congrua fructuum portione, arbitrio Episcopi.

Kan. 471. § 1. Jeśli parafja zostanie pełnem prawem złączona z domem zakonu, z kościołem kapitulnym albo z inną osobą moralną, w takim razie należy ustanowić wikariusza, który ma prawo wykonywać czynne

duszpasterstwo i wyznaczyć dla niego dostateczne, zdaniem Biskupa, dochody.

#### Kościół każdy.

Can. 99. In Ecclesia, praeter personas physicas, sunt etiam personae morales collegiales, et non collegiales, ut ecclesiae, seminaria, beneficia morales collegiales, et non collegiales, ut ecclesiae, seminaria, beneficia etc.

Kan. 99. W kościele oprócz osób fizycznych są także osoby moralne, tworzone przez władzę kompetentną (publiczną), które dzielą się na osoby moralne kolegialne i niekolegialne, jak kościoły, seminarja, beneficja i t. d.

Can. 1495. § 1. Ecclesia catholica et Apostolica Sedes nativum ius habent libere et acquirendi, retinendi et administrandi bona temporalia ad fines sibi proprios prosequendos.

Kan. 1495. § 1. Kościół katolicki i Stolica święta mają prawo wrodzone swobodnego i od władzy świeckiej niezależnego nabywania, posiadania i zarządzania dóbr doczesnych dla dopięcia swych celów.

§ 2. Etiam ecclesiis singularibus aliisque personis moralibus, quae ab ecclesiastica auctoritate in iuridicam personam erectae sint, ius est, ad normam sacrorum, canonum, bona temporalia acquerendi et administrandi.

§ 2. Również kościoły poszczególne i inne osoby moralne, które władza kościelna ustanowiła jako osoby prawnicze, mają prawo, podług prawidła świętych kanonów, dobra doczesne nabywać, posiadać i zarządzać.

#### Kościół zakonny.

Can. 1432. § 2. Nequeunt (ordinarii) vero paroeciam unire cum mensa capitulari vel episcopali, cum monasteriis, ecclesiis religiosorum aut alia persona morali, neque cum dignitatibus et beneficiis ecclesiae cathedralis vel collegiatae:..

Kan. 1432. § 2. Nie mogą zaś (Ordynariusze) łączyć parafji z mensą kapitulną czy biskupią, z klasztorami, albo inną osobą moralną, tudzież z prelaturami i beneficjami katedralnymi lub kolegjackimi.

#### Mensa kapitulna.

Can. 1423. § 2. Nequeunt (Ordinarii) vero paroeciam unire cum mensa capitulari vel episcopali cum monasteriis, ecclesiis, religiosorum aut alia persona morali neque cum dignitatibus et beneficiis, ecclesiae cathedralis vel collegiatae;..

Kan. 1423. § 2. Nie mogą zaś (Ordynariusze) łączyć parafji z mensą kapitulną czy biskupią, z klasztorami zakonnymi, albo inną osobą moralną, tudzież z prelaturami i beneficjami katedralnymi lub kolegjackimi:..

#### Beneficjum.

Can. 99. In Ecclesia, praeter personas physicas, sunt etiam personae morales, publica auctoritate constitutae, quae distinguuntur in personas morales collegiales, ut ecclesiae, seminaria, beneficia, etc.

Can. 99. W kościele oprócz osób fizycznych są także osoby moralne, utworzone przez władzę kompetentną (publiczną), które dzielą się na osoby moralne kolegjalne i niekolegjalne, jak kościoły, seminarja, beneficje i t. d.

Can. 1409. Beneficjum ecclesiasticum est ens iuridicum a competente ecclesiastica auctoritate in perpetuum constitutum seu erectum, constans officio sacro et iure percipiendi redditus ex dote officio adnexos.

Can. 1409. Beneficjum jest jednostką prawniczą, ustonowioną na stale przez kompetentnego zwierzchnika kościelnego a składającego się z urzędu świętego i z prawa do poboru dochodów z wyposażenia przyłączonego do tegoż urzędu.

#### Klasztor.

Can. 1423. § 2. Nequeunt (Ordinarii) vero paroeciam unire cum mensa capitulari vel episcopali, cum monasteriis, ecclesiis religiosorum aut alia persona moralil, neque cum dignitatibus et beneficiis ecclesiae cathedralis vel collegiatae;..

Can. 1423. § 2. Nie mogą zaś (Ordynariusze) łączyć parafji z mensą kapitulną lub biskupią, z klasztorami, z kościołami zakonnemi, albo inną osobą moralną, tudzież z prelaturami i beneficjami katedralnemi lub kolejackimi;..

#### Dom zakonny.

Can. 536. § 1. Si persona moralis (sive religio, sive provincia, sive domus) debita et obligationes contraxerit etiam cum Superiorum licentia, ipsa tenetur de eisdem respondere.

Can. 536. § 1. Jeśli osoba moralna (czy to zakon, czy prowincja, czy też dom) zaciągnęła pożyczki i zobowiązania, choćby ze zgodą Zwierzchników, obowiązana jest sama za nie odpowiadać.

3. Osoby moralne, ubocznie jako osoby moralne prawne w Kodeksie Prawa Kanonicznego wskazane.

#### a) Kolegjalne.

Bractwo: Can. 708. Confraternitates nonnisi per formale erectionis decretum constitui possunt, pro piis autem unionibus sufficit.

Ordinarii approbatio, qua obtenta, ipsae, licet morales personae non sint, capaces tamen sunt obtinendi gratias spirituales ac praesertim indulgentias.

